

habitis, existimatio Te Tua, et unica illa virtutum
 magna merces, quâ mortui supersumus, debendi
 reum habeat. Exprobra vetus nomen, Amice,
 vetus nomen, et si non. seculi, tui cetero hanc ratio-
 nem habes, ut quæ te post cignam cautionem
 perpetuo cauendam omnis posteritas auditura est,
 etiam serio loquentem seculum audiat, post
ΑΥΕΜΟΛΙΑ tot illa verba, quæ quotidie iuuentuti
 ut incalces, pauci omnium senes facti quâ fide
 oporteat, nemo unus quâ dignitate, lepore, vi
 quâ Barlaam deceat post Barlaam relaturus est.
 Haec ego, qui in realienâ video fortasse, quantum
 nocturne vident mane. Videre me tamen arbitratus
 sum e re tuâ esse, et compressis labris multum agitata,
 tandem, ubi quid datum otij est, ille vi charta, quam
 ubi perlegis, me quidem non invito discerpes, ait
 τῶν θεῶν τῶν ἀγαθῶν caligē digerenda, commen-
 dabis, modo quæ liberius effutivi, ab amicissimo Tui
 pectore profecta statuas, et hunc τῆς πᾶσι νοίας,
 non alias satis decora fontem esse. Vale vir docti-
 sime et ne te ad hunc anni ingressum vulgari
 voto beem, sis ipsâ invidia favente felix, quæ olim
 verba in argutissimo quem nosti veterum, cum
 voluptate legi. Hagæ Com. X. Cal. Febr. CIOICXXXVI.

Barlaam.

Amplissime ac doctissime Domine.

[235]

At ea quæ de Cælo, caelesti eloquio dixisti, magno me
 oneres subleues, si reposuisse jam nunc putes, quæ de
 ullo unquam ingenij tui partu, summo cum affectu
 aut stupore prædicavi. Videtur enim inter nos
 ita comparatum, ut merendo tu laudes meas, difficiliter
 multo fatigare possis, quam ego novas quotidie profi-
 tendo. quæ cum uniuersæ infra te sint, neque si
 verba vel autorem spectes, digna quibus attendas magis,
 quam si quis in orbe Solis positus curat quæ de se-
 sententia musca vel formica sit, peto a te, uni ut
 encomio includi patiare, quæ vel hæcenus produxisti
 vel producturus es, et eo omnia in pretio penes me
 vel fuisse, vel esse, vel futura statuas, ut Barlaam
 orationem singula merenti arbitror de Barlaam admi-
 randis. Epigammata tamen, quibus Tessalam
 aut de Tessalâ amicos alloentus es, aio me de hominum
 numero.

numero excipere; suspicari, quid carere sit. Agnosco
~~non~~ nona vestigia flammae, neque totus horum,
neque solus autor es: dictanti veneris puello manum
commodasti, vasis amatori Tessela scripta manu est
et nisi, valide hallucinor, Amice, praecidia sunt haec
sciutillae majoris incendii: quod si scanzotes mihi
vel Iambo prosequendum erit, ut quo palatia haec
tantum non consumptas anno superiore vidimus
ϕεῦ Τυς ἰλιάδος. Perge tu tamen illo incessu.
In Heroidum epistolis te expecto; et libello proximo
de Arte magna, non Lullii neque Tullii, sed Nasonis,
quem si commentario illustraveris, tantisper de
Empirico excusationem accipimus. Nam haec major
industria οὐκ ἐστὶν, et ἐπιτελεῖα est. In manibus
Molini suavissimis versibus, quos ut aquam flumini
nis de ripa proterlabentes vidi, mendam unum
grandi litura dignum; nomen meum, quo sane
poteras pretio et splendore ceterarum non detrahere.
Sed hic quoque vatem amatorem sensi, ut soli Tessela
nondum nos cessisse, totum Barlaam videas. Ne
nihil rependam, ecce duo Epigrammata, in nuperum
illud dissidii pomum, cuius novitate inter se,
Urbanum et Venetum exarsisse novesis. elicit
haec, sparsum sub Grotij nomine, quod et hic videbis,
non inatum Epigramma. Tum in his occupatio-
num fluctibus, qui me obviunt lenidensi opella
praeium erit, si tantillum tu quoque Tessela te
subduxeris, ut vacare Pontifici Poeta possis, vel
divo Marco; a quo me stare non agere feres, ut
cunque communium Musarum studio alteri faueris
idem et me facere alibi non dissimulem, hic veritatis
litandum fuit. Quo feror? et quando, inquis man-
de tabulas, homo nimirum Sisypho occupatio-
nondum. Superest ut abs te quaram, quod saepe
destinanti toties excidit, legerisne librum non
magna molis, quem Sebastianus Basso quidam
natione Gallus et Medicus sic inscripsit: Philosophi
naturalis adversus Arleum libri XII. Si legeris, ut
sapiat? si nondum insperxisti, an mea gratia, et
lectionis Physicae, quam demum ~~in~~ inchoasti, librum
illi velles impenderes? dum impendis (nam hoc rei
caput est, ut impendas) an excerpere obiter autem
Kuda

81
mida dogmata, deductis controversiis, quibus me Lectorem
Dityphum discruciauit, et paucis pagellis ea cum amicis
communicare. sicut prouidisse ipsum ad Calium lib. 2.
de materia et miato obseruabis. quæstui, an subire
hunc laborem velles. rogo nunc ut subeas, et maiorem
quidem in modum obsecro. Nam ut scriptio non ingrata
genium omittam, est in illo homine? Sed suspicere
me sententiam decet, et a te expectare quo loco haben-
dus sit, gravis Lutelli non sequitur Dares, quod auide
facturus sum, si quam operam polliceris. et fieri id quidem
possit pace Puelli dictatoris, et puellæ (vidua inquam)
sapienter dicenda, dictitanda. Vale mi Doctor, mi
Vates, mi Amator, et felicissimè quidem, si vis, amato.
ut doces, ut canis, ut voret

Tuus.

23. Martij. 1636.

C. H.

Heinsio.

Nobilissimæ et Amplissimæ Domine.

(236)

Acceptis tandem Literis nostris, quas non oberrasse
nunc videbis, sed Lutetia cum sensu et cura asser-
natas fuisse, extemplo has Balzacus reposuit, perfectas
dasones Aigueberis tradidit, Viri nobili, docto, et
at olim indicasse me puto, tui studiosissimo. Parci-
oriam quidem verborum illas, sed veracium, et in
quo cuius quotidiè hæsito, ab animo tam fieri
aut malevolentia vacuo, quam tui procius obser-
uantissimo candidè productas. Accedit Aigueberis.
in amici gratiam, et mandato quidem ipsius, constan-
tissimè asserit. Accedit altera Domina Desloges
celeberrima matrem, cui cum ante onces tuos
per epistolam indicassem, quam in mora respondendi
ad dissertationem Balzaci neutiquam fuisses, sed
meo partim infortunio, partim eorum, culpa
accidisset, qui perferendo fasciculo se obtulissent
quod sensus erroris sui facundis scriptor admo-
netus, rescribere illi Heroine visum fuit, quæ hic
videbis. neque videres tamen, nisi omnibus mihi
modis allaborandum dicerens, ut quam de Balzaco
non æquam suspicionem admiseris, tot præstantissi-
morum hominum votis et suffragiis certus fias.
Immodicas enim laudes quibus me suffocat ille
magis, quam extollit, pudor me ut supprimerem.
adegisse debuit. Nunc alia ratio conuenit, neque
calcaris passa est, quæ scripta non videntur, nisi mel